



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

8. An pro imponendis tributis in hoc Regno Siciliae sufficiat tantum causa
necessaria de jure communi? Ex p. 1. t. 3. r. 15.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè ex Molfes. in *sum. tom.* 2. *tr. 1. 2. cap. 22. num. 70.* Turrian. in 2. 2. *tom. 2. disput. 45. dub. 2. num. 8.* Valquez *vbi sup. dub. 2. num. 27.* qui ex Gabriel. in 4. *disf. 15. quest. 5. art. 2. concl. 3.* notant, Regem vltra possessiones, & redditus sibi assignatos, etiam ex pacto cum suis subditis, à se vel suis iprogenitoribus imito, posse exigere tributa noua, vel antiqua augete, quando patrimonium sibi assignatum non sufficeret suæ congruæ sustentationi, secundum regiam dignitatem, vel secundum necessitatem publicam Regni, propter multa, quæ solent de nouo accidere, & in his tenentur subditi prouidere. Quæ doctrina admittenda est, quando vires Regni, vt diximus *supra in Resol. 5.* * possunt hoc sufferre: nam, *Hoc opus, hic labor est.*

* Quæ hic est supra Resol. 5.

RESOL. VIII.

An pro imponendis tributis in hoc Regno Sicilia sufficiat tantum causa necessaria de iure communi? Ex p. 1. tr. 3. Resol. 15.

§. 1. **P**ro intelligentia huius resolutionis notandum est *ex cap. 3. & seq.* Regis Iacobi, tantum in aliquibus casibus posse Regem imponere Siculis tributa. Vnde potest dari casus, quo possit Rex imponere iuste tributa in aliis Regnis, non autem in Regno nostro ex iure municipali: nam, vt bene aduertit Gloritiu *respons. 1. p. 3. num. 34.* si possent Siculis vectigalia imponi, iuxta terminos iuris communis vtique concessio illa Regis Iacobi, & aliorum Regum, nullam tribueret Siculis immunitatem, contra mentem, & rationem finalem dictorum Regni capitulorum, quæ fuit alleuiare Siculos, propter bene merita, ab onere noui vectigalis, exceptis illis quatuor casibus in dictis capitulis expressatis. Vnde obseruat Gloritiu, inter alios casus *suprà à Rege Iacobo expressatos*, posse Regem imponere Siculis tributum tantum pro defensione Regni, si contingat ipsum inuadi inuasionem notabili, siue graui quod ipse explicat non solum in casu inuasionis actualis, sed proximæ; non autem remotæ, & vt ait Molfesius in *sum. tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 64.* simulatæ, procuratæ, transitoria, &c. In aliis vero casibus est interdicta in hoc Regno indictio noui vectigalis pro quacunque causa etiam vrgentissima.

2. Non reticebo tamen, Regentem de Neapoli in *alleg. pro vectig. serico. fol. mibi 55.* & Consultorem de Matuta, virum doctum, in *resp. pro supradicta gabella, fol. 17. & 18.* verba Regis Iacobi contra Gloritiu magis amplè explicare. Sed quicquid sit de hoc, certum est, non esse audiendum Marium Matutam, qui in *expof. supradicti cap. Regis Iacobi, num. 6.* extendit illa verba, nedum ad inuasionem, & sic passiuam; sed etiam actiuam vtputa quando Rex vellet mouere iustum bellum contra aliquos. Sed hæc extensio minime est admittenda; est enim contra mentem, & verba Sereniff. Regis Iacobi. Vnde, licet in aliis Regni possent in tali casu Rex imponere tributa; non autem in Regno nostro, propter priuilegia ei concessa in supradictis capitulis, nisi admittenda esset opinio Santorij Bau. in *Resol. pro tracta salis, fol. 12. & 14.* vbi asserit, Regem nostrum stare, & permanere in quasi possessione recedendi quocumque à promissis, & practicatis in Regni capitulis. Sed, bene Deus si hoc verum esset, quis amplius cum Rege practicaret? maxime vt sapius solet accidere, in Comitibus generalibus. Non est igitur dicta opinio admittenda. Vide *Consilia Ramonij part. 1. conf. 24. num. 8.*

RESOL. IX.

Quam benignè Regnum Sicilia sit onerandum Gabrielis & donatiuis præ cæteris Regni. Ex p. 1. tr. 3. Resol. 31.

§. 1. **B**enignissimè quidem: nam hoc regnum frigidissimum non fuit bello, impensis, & industria ab inimicis, sicut cætera, vindicatum, sed spontè, & voluntariè se Ser. Regi D. Petro in potestatem dedit, vt patet, & docet Valdefius *de digni. Reg. Hisp. cap. 17. num. 7. in fin.* Ergo non est, sicut cætera Regna, vectigalibus, & oneribus onerandum. Vide Caput in *tract. de regimine Reipublice, cap. 7. §. 27. num. 2.* Vnde ex his Valquez *de reser. cap. 6. §. 3. dub. 1. num. 9.* loquens de aliquibus Regnis Hispaniarum vectigalibus oneratis, sic asserit: [Admuduertendum est, Regna hæc labore, & industria Regum ab inimicis fidei in libertatem fuisse olim vindicata: propter quoddam maiorem eis tenentur gratiam rependere, quorum progenitores inimicos nostros preffigauerunt.] Ita ille. Quod de Regno Sicilia, vt dictum est, non potest dici.

RESOL. X.

An donatiuum, & tributum impostum alicui Regno propter bella, & sumptus, quos sustinet Rex in alio Regno, sit iustum? Ex p. 1. tr. 3. Resol. 3.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè, cum Turriano in 2. 2. *tom. 2. disput. 46. dub. 1. num. 5. & 6.* & eius Magistro doctissimo P. Gab. Valq. *Opus. de rest. cap. 6. §. 3. dub. 1. num. 7.* & quia eius verba sunt pulcherrima; ponam hæc ea per extensum: [Quamuis graue onus videatur nobis (loquitur de tributo Alcaualæ in Hispania (decimam soluere partem); tamen cum à Regis nostri Philippi potentia totum multarum prouinciarum pondus, imò & Christianæ Religionis pendat, quippe, qui solus, & Hæreticis, & Turcis Ecclesiam infestantibus, non solum resistat; sed etiam pauciori sit; totam Italiam, Flandriam, Siciliam, & alia, multa gubernet, & defendat in quantum defensione alieno ære grauetur in dies: iustitiæ legibus congruum fuit, vt tributum aucta quota, nos, qui in pace, & tranquillitate degimus, Regi nostro subueniamus. At dicet aliquis: Relinquat Flandriam, deserat Italiam, vno suo antiquo Regno contentus sit, quod, & sibi, & nobis maiori futurum erit vtilitati. Sed, nunquid ita Regni patiuntur, vt Rex magno cum dedecore, timore inimicorum, antiqua Regna, quæ vel iure hereditario, vel bello iusto capta, ad eum pertinent; relinquat, maioresque in diem animos inimicorum commoueat, vt Regnum etiam nostrum bello, & armis oppugnare non dubitent? Nōne salubrius, citè etiam facultates in hoc omnes absumamus, vt inimicorum tela longè à nostris Regnis constringantur, & belli impetum, non tamen tam propè, sentiamus, quod si animo quisque perperderet, nobis vbi que & omni tempore impune liceret terram excolere, messes colligere, fructibus terræ in pace & tranquillitate vesci; vnumquemque & vxore, & filiis securò animo frui: è contra verò, vbi belli furor fuit, & incellat terram excolere labore magno, & seminare, vt holles colligat nunc domū flagrare incendio; nunc vxores, & filias raptas, filios occisos spectare, & propria vitæ quiete diuicimari exposita habere; quis non magnificat eum.]